

mutuo gravitare. Cometarum motus quoque a lege gravitatis pendere, ex observationibus innotuit, & horum respectu, ut circa Planetas, Solis gravitas prævalet, hacque gravitate a semita recta deflectuntur: Viæ autem curvaturam ab hac eadem gravitate etiam pendere, ex eo sequitur, quod corpus ex hac gravitate describat Ellipsem, aut Parabolam, aut Hyperbolam, in cujus foco est Sol.

Licet extra scopum hujus operis sit computum Lunæ tradere, necesse tamen duxi, breviter exponere, quæ Telluri & Lunæ ex mutua gravitate inter se, & Solem contingant phænomena; ut eò faciliùs efficaciam generalem virium concipiamus,

B

mus,